Hs. fehlt

1179 domnae Elisabeth missus de Praga narrat eis,
quod Zobezlaus de nocte paret irruere super eos,
quo audito ilico castra movent et tota nocte per-
Jan. 27 gentes mane sabbati orto iam sole Pragam perve-
niunt. Illa nocte et pedes obriguerant pre ni-
mio frigore, qui infirmitate languerunt quous-
que vixerunt. Quod Zobezlao narratum verum
Constat fuisse,) sed eos non invenit loco quo pu-
tavit et tandem comperto quo processerunt, e
vestigio secutus est eos Pragam. Quem illi
eminus venientem in campis Wissegradensibus,
loco, qui nunc dicitur Boisse,[1] excipiunt et con-
crepantibus undique hinc tubis, inde campa-
nis Fridericus et sui primo agmine congrediuntur,
sed ne iterum superentur, ilico Cunradus, qui ex
adverso stabat, impetum in hostes fecit et non
sine suo suorumque periculo Zobezlaum et suos
in fugam coegit, quos fugientes longe ultra
Prosek[2] persecuti sunt, quamdiu cum luce diei
potuerunt. Commiserunt autem prelium sicut
Jan. 27 dictum est sabbato, hoc est 6. kal. Febr., in quo
bello mortui sunt multi, plurimi vulnerati.

) Da hier beide Abschriften übereinstimmen, muss schon die Vorlage der Text ~~[illegible]~~ verderbt gewesen sein. Grandaur schlägt die neulautende Emendation vor: Quod de Z. n.

1) Das Gebiet der heutigen Oberen Neustadt heute noch na bojišti = Kampfplatz genannt.

2)